

certisq; intervallis indissolubili nodo implicant. Hinc Poer
ta fixerunt, inter Palladem & Arachnen, hoc est, inter industria
humanam industriad, & araneam ipsam, fuisse certamen hominis
de laude illius artificii; & Arachnen, quanquam texendi quam ara-
arte præstantem, tamen à Pallade superatam esse. maior est neæ in te-
enim industria hominis, quam araneæ, in texendo: id xendo.
quod varia hominum opera in hoc genere declarant.

Fabula continet duos locos communes, quorum alter do-
cet, non contemnenda esse senum consilia: cùm ait.

Non omni grandior, &c.

Estq; sumptus hic locus ex Euripide, apud quem in Phæ-
nissis Iocasta annus, Eteoclem adolescentem alloquitur his
verbis:

O fili, non omnia adsunt mala senectæ; sed usus
& experientia;

Disputat de rebus, quam juvenis, prudentius.

Alter verò locus docet, ne excellentes artifices ingenii
dotibus sese efferant insolentius, né ve contendant adver-
sus Deum, cùm ait:

Tibi fama petatur, &c.

Nam, ut inquit Homerus,

Difficile enim quiddam est, Deus ut à mortali viro
subigatur.

Non invenustè transferri etiam potest allegoria fabulae
ad Sophistarum argutias: nimirūm ideo in visam esse Pal-
ladi araneam, quod Sophistarum argutie sapientibus
odiosæ sint. Nam Antonius Pius dicere solebat, Sophisti-
cas argutias similes esse aranearum telis, ut quæ haberent
plurimum artificii, sed minimum utilitatis.

Maior est
industria
hominis
quam ara-
arte præstantem,
enim industria hominis, quam araneæ, in texendo: id xendo.
Non con-
temnenda
senum
consilia.

Sophisticæ
argutiæ si-
miles ara-
nearum
telis.

FAB. II. CECROPIA PALLAS &c.

De tela Minervæ.

Ex Strabone constat, urbem Atheniensium nuncupa-
tam fuisse initio Posidonum, à Posidone sive Neptuno:
postea Athenas, ab Athena sive Minerva. Ex hac no-

Certamen
inter Ne-
ptunum &
Minervam
de appella-
tione Athe-
narum.